



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs CXXIX. Sæpè expugnauerunt me, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](#)

## PSALMVS CXXVIII.

Beati omnes, qui timent Dom. &c.

**E**cquis erit felix? Dominum quicunq<sup>z</sup> timebit,  
Eius & in recto tramite tendet iter.  
Qui facis hoc, fructu proprii vescere laboris,  
Propitioq<sup>z</sup> tibi numine prosper eris.  
Vxor erit fœcunda tibi, coniuncta marito,  
Vitis vt amplexu stat decorata domus.  
Et latus & patriam cingent tua pignoramensam,  
Non secus ac ramos pandit oliua ferax.  
Hos fructus pietatis amans, hæc commoda cernit,  
En hæc in terris dona beatus habet.  
Ergo tibi Dominus benedicat ab arce Sionis,  
Vt videas Solymam: quot sit adaucta bonis.  
Nascatur series viuo tibi longa nepotum:  
Floreat Isacidum gens pia pace bona.

## PSALM VS CXXIX.

Sæpè expugnauerunt me, &c.

**S**IC sancti dicant: me expugnauere maligni:  
Iam fuit à puero turba molesta mihi.  
Sæpius à puero nocuit mihi turba malorum,

L1

Victa

*Victa tamen semper, iussa subesse piis.  
Huic velut agricolæ sulcantes uomere dorsum,  
Infixere animo vulnera longa meo.  
Ast Dominus iustus patrati criminis vltor,  
His iuga disrupt, vinclaqs cum laqueis.  
Hos maneant Domini pœna, pudor opprimat om-  
Inuidia quos rabies tanta Sionis habet. (nes,  
Herba velut pereant, que in summo culmine cres-  
Matura messis marcuit ante diem. (cens  
Herba velut pereant, de qua non vere maniplos  
Cultor agri, sed nec pingui a grana legit.  
Quaeis nec præteriens solito de more precetur,  
Nec dicat, tobis sit bonus Omnipotens.*

### PSALMVS CXXX.

*phalenicus* De profundis clamaui ad te, &c.

*T*ristes, ah pater, & graues querelas,  
Fusis heu lacrymis, meum cor edit,  
Has pron a precor aure mitis hauri,  
Clamantis famuli ex voragine alta.  
Si sub iudicium vocas reatus,  
Quis iustum reus expiabit iram?  
Huic quis par erit, hancqs sustinebit?

Culpam